βασιλικῶν, subesse ὕπουλόν τι. Quid hoc fuerit necdum satis intelligo. Porro quod bonas litteras tuis studiis admisces, ⟨bene facis⟩. Bene vale cum optimo parente, suauissima coniuge dulcissimisque liberis, et nostri amantes saluta. Louanii Natali diui Andreae. An. M.D. 17.

726. To Thomas More.

Deventer MS. 91, f. 79. — Louvain.
LB. App. 212. — 30 November ⟨1517⟩.

[The year-date is easily supplied from the contents.]

ERASMVS MORO SVO S. D.

O te felicem, qui nunc, vt arbitror, adeo vicinus mari degas. Mitto ad te libellum Paraphraseos, καὶ ἀληθῶς Παραφράσεως. Nondum licuit videre lucubrationes Thomae Linacri, licet id semel atque iterum a Thoma Lupseto flagitarim. Pater Petri Aegidii vita defunctus; ipse valet mediocriter recte. Nos strennue calescimus in libris ac litteris, quo semel nos ab hoc molestissimo studiorum genere explicemus, deinde in campis amoenioribus versaturi. A Fabro nihil adfertur, sed audio parturire nescio quid. Ab ipso nihil metuo, tantum vereor ne discipulus aliquis subornetur, cum quo non digner digladiari. Iam scripsi ne quid agas cum Cantuariensi de pensione redimenda. Emandauimus hinc quendam Basileam; per hunc certa cognoscemus de libris tuis ac meis. Bene vale, More charissime.

Natali Andreae Louanii.

[714]727[759] From Gerard Geldenhauer.

Auctarium p. 208. — ⟨Vollenhove.⟩
D². p. 209: F. p. 167: HN: Lond. iii. 41: LB. 281. — 5 December 1517.

GERARDVS NOVIOMAGVS EXIMIO THEOLOGO ERASMO ROTERODAMO S. D.

Ante horam vnam aut alteram quam Campis oppido Dauentriam versus proficisceremur, accepi literas tuas priores, tum in colligendis

725. 9. litteris *MS.* bene facis *add. LB, eleganter.* 10. liberis *coni. LB*: lrīs *MS.* 727. tit. gerardvs *add. H.*

726. 1. vicinus mari] i. e. about to return home.
4. Lupseto] Cf. Ep. 690. 8, 9.
10. de pensione] Cf. Ep. 706. 15 seq.
11. Basileam] Cf. Ep. 731. 39 n.
12. libris] See Ep. 550 *introd.*
727. 1. Campis] Dr. Muller, Rijksarchivaris at Utrecht, kindly informs me that the Bp., who was on progress for his inauguration in the province of Overyssel, left Kampen for Deventer at 1 p.m. on 6 Oct. He returned to Kampen on 11 Oct., and left again 15 Oct. for Zwolle; and there is no reason to think that he visited Kampen again till the end of Dec. It seems impossible that the messenger who carried Ep. 682 could have reached Kampen in a day and a half; we must therefore either correct the date of Ep. 682 (Leclerc by miscalculation dates it 3 Oct.), or suppose that Geldenhauer, writing two months later, confused together his two departures from Kampen.
2. priores] Ep. 682.